




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-554949-p0001-0

DFG



13.
1667,9 33
Feliciter!
SCRIPTIONIS
ANTIQUÆ
VARIETATEM,

Incluto Philosophorum Lipsiensium

Senatu suffragante

DISPUTATIONE PRIORI

proponit

P R A E S E S

M. BALT. FRID. Salzmann / Argent.


RESPONDENTE

JOH. FRIDERICO Mayern / Lipsiens.

Add. 16. Novembr. Anno c^o I^oc LXVII.

Horis ante- & pomeridianis.

L I P S I A E ,
Literis JOHANN-ERICI HAHNII.




Folio
SCRIPTORIIS
AVANTIA
MAGISTER
HUC TOTU[m] LIBERUM
SCHOLASTICAE
DICTIONARIOE PRIORI
ALB[ER]TUS
RE[INHOLD]US
JON[ATHAN]US
FREDERICUS
AD[OLPHUS]US
HANS[O]LUS
IPSIE
JOANNES RICHHARDUS



INDNJ

Benevole & Amice Lector.



Nimus fuit Antiquæ scriptionis varietatem pro virili parte levi tantum penicillo delineare ; Est materia, qvam non minus inter jucundissimas, qvam nobilissimas jure meritoqve numeraveris : Sed uti juxta tritum illud δύσκολα τὰ κιλα, pulchra difficultia sunt, sic qvoqve insignis hujus materiei jucunditas non minorem difficultatem pedisseqvam habet, qvam amplissima ejus fœcunditas facili negocio procreare potuit. Hancce materiam, ut dixi, delineare animus fuit : Sed animus fuit, an animo & conatui meo res ipsa respondeat, penes Ben. Lect. judicium esto. Non diffitebor, factum esse, ut hinc inde erraverim, veruntamen cùm in magnis interdum & voluisse sufficiat, spero me à Te B. L. veniam impetraturum esse, qvam & ea, qvā par est & possum, observantia & humanitate exoro : Teqve ea, qvæ minus bene & accurate dicta sunt, & qvo animo lecturum & meliorem in partem inrerpretaturum esse.

Ut igitur omnes verborum ambages evitemus, & ad rem ipsam progrediamur, Scriptionis cùm antiquæ tum etiam recentioris & modernæ Varietas apparet. 1. In Situ, qvo lineæ vel sinistram vel dextram versus scribuntur. 2. In formatione. 3. In Charactebribus.

C A P. I.

Thesis I.



Itus ergò primum sibi vendicat locum. Scribitur a. 1. A dextra sinistrorum, ut Hebræi scribunt, aliique qvi e- undem morem ab Hebræis reperunt ; Chaldæi scil: Syri, Arabes, multæqve aliæ orientis gentes. & Eodem modo olim scripsisse Ægyptios & ex parte Græ-

cos, ex veteribus notum est. De Aegyptiis hoc asserit Herodotus in Euterpe pag. m. 51. β Græci, qvamvis à Sinistra dextrorum scripserint, ex parte tamen, Orientalium morem imitabantur, qvòd, cùm lineam absolvissent, ab eodem loco sinistrorum stylum ducebant, & postea dextrorum, tum sinistrorum, usque dum ad paginæ finem pervenissent, γ hicqve modus dicebatur βετεροφηδόν, de quo mox dicemus. Hicce primus scribendi modus, ut ceteris antiquior, ita imperfectior, minusq; naturæ congruus est. δ Nostra enim natura se prius movet dextrorum, qvomodo etiam acturi aliquid brachium non attrahimus, sed extendimus. Imò Hebræi Syri etc. ipsi licet literas componentes procedant à dextra ad sinistram, in singulis tamen literis pingendis prius effingunt sinistorem, hinc dexteriorem partem.

α. Vid. Brian. Walton apparat. in Bibl. Polyglott. proleg. 2. §. 15. Gerh. Joh. Voss. de art. Grammat. l. 1. c. 34. Laurent. Beyerlinck. Theatr. vit. hum. Tom. 7. tit. Scriptio p. 131. b. de Etruscis idem affirmat Edmund. Dickinson. in Delph. Phœnicitz. cap. 10. p. 100. lit. min.

β. Conf. Alexandr. ab Alexandr. Genial. Dier. l. 2. c. 30. p. 194.
γ. Brian. Walton, loc. supr. cit. G. I. Vossius & Beyerling. loc. alleg. Nec est qvòd Hebræorum Rabbini glorientur, se scribendo à dextro ad sinistram imitari motum primi mobilis, nos verò qvia à sinistra dextrorum progredimur, Planetarum cursum seqvi, refutat eosdem Joh. Goropius Becanus Hieroglyph, l. 3. pag. 32. 33. 45. 46. cui junge Herm. Hugon. c. 8. p. 78.

II. Modus. A Th. 2. Secundus modus est à sinistra dextrorum, qvem Germani, Græci & Latini, reliqviq; Europæi observant, & inter Orientales Armeniani, Georgiani, Aegyptii, Aethiopes & Indi, ζ hicqve naturæ maximè conveniens est.

ε. Brian. Walton. in Appar. Bibl. Polyglott. proleg. 2. §. 15. & Dn. Spitzel. de re literar. Sinens. Sect. 4. p. 47. ζ uti videre est extabell. in Athanas. Kircher. Chin. illustr. P. 3. c. 7. p. 162.

III. Modus. Th. 3. Tertius vocabatur βετεροφηδόν, η qvia scripserunt ad βετεροφηδόν. cujus Species 1. modum boum sulcos ducentium, incipiendo secundam lineam, ubi desinebat prima. Invenio a. 3. hujus modi genera. Primò à dextra sinistrorum stylum ducebant, θ atqve ubi ad sinistram paginæ oram pervenissent, inde, qvia is locus sese prior offerebat, dextram versus in scribendo recurrerunt, istaque linea absoluta sinistrorum denuò revertebantur; huncce in modum.

αλ-

αλλοπ αλαι 50 νοπορτυλοπ ασθμ επεννε ιομ αρδνΑ
πλάχθη ἐπει τροιης ιερου πτολιεθρου επερσε
ωνγε νουν ιαν αεσα νεδι νωπωεθνα δ' νωλλοπ ιουρ
πολλα δ' ογ' εν ποντφ παθεν αλγεα ον ηατα θυμαν.

Hoc modo leges Solonis scriptæ erant teste Didymo, quem citat
Gerh. J. Voss. de art. Grammat. l. i. c. 34.

7. Beyerlinck. Theatr. vit. hum. Tom. 7. tit. Scriptio. p. 131. b. legit
 $\beta\omega\tau\epsilon\varphi\eta\delta\circ\eta$ de hoc scribendi modo plura habet Edmund. Dickinson. in Delph. Phœniciz. cap. 10. p. 99. seq. Isidor. Hispal. Orig. l. 6. c. 13. Gerh. I. Voss. de art. Grammat. l. i. c. 34. Dn. Theoph. Spitzel. de re liter. Sinens. Sect. 4. p. 48. seqq. Joh. Niehoff. In allgemeiner Beschreibung des Reichs Sina. cap. 2. p. 249.
8. ita putat Edm. Dickinson. in Delph. Phœniciz. & Gerh. Joh. Voss. loc. cit. sed contradicentes habent. Isidor. lib. 6. Orig. c. 13. & Beyerlinck. p. 131. quorum ille expresse dicit: *A sinistra enim ad dextram primum deducebant stylum.*

Th. 4. Deinde scribebatur quoque $\beta\omega\tau\epsilon\varphi\eta\delta\circ\eta$ ita: ut à fine
lineæ vel versus superioris, seqvens illi: cò in sinum flexa, inversa scri-
beretur: ad hunc modum.

Ανδρα μοι ἐννεπε μισσα πολυτροπον, ος μαλα πολλα

ο δειπνος λοδρειγοις λιθαι 5κιβδι 12με ειφχ Η

ο λων δ' ανθεωπων ιδεν αεσα, καη νουν εγνω. π

· πονηρ πατηκ λο νελχα λεγην ωιλοη ηο. β η

Th. 5. Tertia τῆς $\beta\omega\tau\epsilon\varphi\eta\delta\circ\eta$ species ita pingitur:

Μηνιν αειδε θεα πηληιαδεω Αχηληος
εκηρε ελγα 5ιοιαχα ιδηη ιι ειιιεπογηο
πολλας δ: Φθιμις ψυχας αιδι περιαψεν
· ιιιιιιιιιι εχητι κιδωχε βετην ιιωλδη

Primus & ultimus modus $\beta\omega\tau\epsilon\varphi\eta\delta\circ\eta$ dicuntur, non tam
quatenus boum arantium motui, qui continuus est: Sed quatenus
fulcorum ductibus, qui semper ad jugeri finem disternitri solent,
conformes sunt: unde lineæ non raro αὐλακες fulci vocatae sunt.

Th. 6. Ex 3. hisce scribendi formis primam Græcos excoluisse
Edmundus Dickinson. in Delphis Phœniciz. cap. 10. p. 102. his
argumentis probat: Primo, cum leges Solonis, quæ Αξωνες & ιύρ-

Beis appellantur, βεγρηφηδόν scriptæ fuerint, Demosthenes eam legem, cuius scriptura incipiebat à sinistris, inferiorem vocabat: qvocirca superior ut à dextra sinistorum vergeret, necesse est. Denudò verisimile est, Græcos accepisse à Cadmo, ut literas ita etiam scribendi modum: cum v. Phœnices æqvè ac Hebræi soleant à dextra sinistram versus scribere: Græcos itidem fecisse consentaneum est. Græci igitur Hebræorum more primam lineam sinistrorum ducebant, ubi v. ad finem prioris lineæ devenerant, secundam, qvia locus iste paratior erat, à sinistra inchoabant. Postremò, qvo minus duo posteriora scribendi genera Græcis usitata fuerint, tam molestia qvam convertendæ tabellæ faceſſerent; tum obliterandi periculum (sive in cera, sive in pergamenis aut papyro lineas exararent) obstabat. Illos igitur priori modo scripsisse judico. Hactenus Dickinson.

Th.. 7. Sed huic Dickinsoni sententiæ obstare videtur id, qvod Brian. Walton. i. ex Pausanias Eliacorum priori adducit: ubi Pausanias narrat inscriptionem factam Olympiæ Cypselidarum γεάμασι τοῖς ἀρχαῖοις, antiquis literis, Jonicis scil. formam v. criptionis fuisse βεγρηφηδόν, qvo sc. ἀπὸ τῆς πέρατος τῆς ἐπώς επιτρέψαι τῶν ἐπωντὸν δέυτερον, ὥσπερ ἐν διάυλῳ δέουμω. A superioris versus fine fit versura ad initium sequentis, ad modum, qvo in diaulo curritur. Διάυλος significat circumactum curriculi hujusmodi, ut cum ad metam pervenissent, flectentes eō rursum recurrerent, unde cursum inierant, hic v. circumactus non nisi per arcum fieri potest; unde probari posse videtur, secundam potius τῆς βεγρηφηδόν speciem apud Græcos antiquiores in usu fuisse, qvâ linea prior cum posteriore per arcum quasi jungitur. κ

.. in apparat. Bibl. proleg. 2. §. 15. x vid. ipsum Edm. Dickinson
in Delphis Phœniciz. c. 10. p. 101.

Th.. 8. Non v. tantum Græcos sed & Hebræos βεγρηφηδόν scripsisse dicit Nauclerus λ. Is n. in ea est opinione, Hebræos usque ad tempora Esdræ βεγρηφηδόν scripsisse; Esdramqve primum instituisse, qvod à dextra ad sinistram tantum scriberetur. Sed cùm hoc solummodo dicatur, & non probetur, rem in dubio relinqimus. Ex hoc scribendi modo, qvem βεγρηφηδόν vocant, procul dubio phrasis exorta est, exarare literas.

λ. Generat. 54. cit. ab Edmund. Dickinson. in Delphis Phœniciz. c. 10. p. 103. Laurent. Beyerlinck. p. 131. & Gerhard. I. Voss. de art. Gram-

Grammat. l. i. c. 34. Idem de Romanis ex Isidor. Hispal. Origin.
libr. 6. c. 13. probat Edmund. Dickinson loc. cit. lit. minusc.

Th. 9. Quartus modus est, quo à summo paginæ incipiendo de-
orsum scribitur: quomodo Sinenses scribere solent μ. & quidé line- IV. Mod⁹ : A
as ponendo non à sinistra ad dextram, sed à dextra ad sinistrā: à de- summo ad i.
xtraenim paginæ parte primā lineam & versum scribunt, post hunc
versus sinistram secundum, tertium, quartum &c. v Est autem hic
scribendi modus non solis Chinensibus proprius, sed apud Indos
quoque obtinet, ut affirmat Gerh. Joh. Vols. ξ De Insulæ Tapro-
banæ in Oceano Australi incolis idem memorat Diodor. Siculus
circ. fin. l. 2. pag. 139. 140. Γεράφωσι δὲ οὐς τίχους στοι εἰς τὸ πλάγιον
ἐπεινοντες, ὡς τῷ ημέτις καλλι αὐθεν κάτω καταγεά Φούντες εἰς ορθὸν.
Versus scribendo non in transversum extendunt, ut nōs, sed à vertice
ad inferiora linea recta deducunt. De Aethiopibus idem asserit A-
lexand. ab Alex. o Hugo Grotius de Peruanis prodit, & illos à
summo Chartæ ad imum scripsisse, ut Chinenses scribunt, sed Joh.
de Laet π eum multis verbis refutat, adducens Joseph. de Acosta
& Incam Garcilassum de la Vega, quorum hic Peruanus fuit, alter
verò diu in illis terris vixit; horum authoritate probat: In Peruvia
nullam chartam, nullamque scribendi industriam esse. R. Abar-
banel ε existimat: illam scripturam Dan. 5, 25. Balthasare epulan-
te muro inscriptam, etiam perpendiculariter & hoc modo exara-
tam fuisse.

מִתְוָס
בְּנֵקְפִּי
אֶלְרָן

μ. de quo testari potest Monumentum illud Sinico-Chaldaeum, ere-
ctum à Pontificiis Christianæ fidei propagatoribus in quodam
Sinæ regno quod Xemfi dicitur, & depictum ab Athanas. Kircher.
in Chin. illustrat. Part. I. c. 2. p. 12. item Brian. Walton. in ap-
parat. Bibl. Polyglott. proleg. 2. §. 15. p. 9. Joh. Niehoff. In al-
gemein Beschreibung des Reichs Sina. c. 2. p. 249. Nicol. Tri-
gault. Expedit. Sinens. libr. I. c. 5. p. 29. Bernh à Mallinkrot de
usu liter. cap. 26. p. 129. Hermann. Hugo. c. 8. p. 80. Salmuth in
Pancirol. tit. 12. p. 596. v. cuius iterum testis esse potest Mo-
numentum illud Sinico-Chaldaeum in Athan. Kirch. Chin. illustr.
p. 12. Idem ex Petr. Iarric. Thesaur. rerum Indic. probat Joh.
Niehoff. loco antè citato. item Brian Walton. loc. cit. Quidam
contradicit Nicol. Trigault. Expedit. Sin. I. I. c. 5. p. 29. quem
secu-

secutus est Beyerlinck. in Theatr. vit. hum. Tom. 7. p. 131. 132.
¶ libr. 1. de art. Gramm. c. 34. p. 128. ex Joh. Francisc. Poggii
Florent. libr. de variet. fortun. Conf. Hermann Hugon. c. 8. p.
80. Joh. Niehoff. Allgemein. Beschreib. Sina c. 2. p. 249. o Ge-
nial. Dier: 1. 2. c. 30. cum notis Andr. Tiraqvell. pag. 194. w in
notis ad Hug. Grotii Dissert. de Origin. Gent. Americ. pag. 65.
e in Daniel. pag. 36. c. 1.

Th. 10. Hoc scribendi genus Græci vocavere Tapocon.
qvod patet ex Festi verbis citatis à Gerh. I. Voss. libr. 1. de art.
Gramm. c. 34. Tapocon Græci soliti sunt appellare genus scribendi de-
orsum versus, uti nunc dextrorum scribimus. Acceperunt autem
Græci hanc vocem à Phœnicibus Syris, uti conjicit Voss. loc. cit. p.
129. ejusque originem dicit à radice תְּפִירָה vertit, convertit, pervertit,
cujus futuri 2. pers. est תְּפִירָה invertes, pervertes: unde Tapocon.

Legitur etiam Tæpocon, Tanpercon, Taenpocon, Taenpton, Ta-
henporon, Temperon Tempocon, Taemporon, &c. vid. Edmund
Dickinson, Delph. Phœniciz. cap. 10. p. 99. 100. lit. minusc. &
Hermannus Hugo de prima scrib. Origin. c. 8. p. 81.

V. Modus Ab
imo ad sum-
mum

VI. Modus.

Th. II. Addimus 5. scribendi modum, qui est ab imo ad sum-
mum, quem quidem Vossius τ negat ab ulla gente usurpari, & re-
futat Zvvingerum, qui eundem Gothis tribuit: Verum Johann. de
Laet. v ex Acosta l. 6. testimonium affert, Mexicanos ab inferiori
parte ad superiorem characteres suos collocasse. Alios quoque
modos adjicere possemus, uti Laurent. Beyerlink Φ 24. effigi pos-
se demonstrat, nisi nobis de illis tantum sermo esset, qui in usu vel fu-
erunt, vel adhuc sunt. Liceat hic paucis tamen annexere sextum
modum, ubi olim scribebatur mox Opistographicè, mox Syngra-
phicè: Opistographicè est in utroque Chartæ latere; Syngraphicè
verò in antica tantum parte scribere: non enim omnis Charta tam
crassa & firma fuit, ut à tergo quoque scribi potuisset, qvapropter
plerunque in anteriori parte scriptum est, posteriori vacua & inani
relicta. ✎

libr. 1. de art. Grammat. c. 34. Herm. Hugo c. 8. p. 81. v. in no-
tis ad Dissert. Hugon. Grot. de Origin. Gent. Americ. pag. 66
φ in Theatr. vit. hum. Tom. 7. tit. scriptio p. 131. x. vid. plura
in Joh. Gorop. Beccan. Hieroglyph. libr. 10. lit. Vav. pag. m. 161.
162. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 2. c. 30. cum annotat.
Andr. Tiraqvell. pag. 192. Plin. Jun. Epistol. libr. 3. epist. 5. ad
Macrum dicit: Plinium avunculum suum sibi Electorum com-
mentarios 160. Opistographos reliquiss. De opistographis in
sacris

sacris qvoq; vestigia habemus. Ezech. c. 2, v. 8. Corn. à Lapide
in h. l. & Juvenal. Satyr. 1.v. 6.
Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes.

C A P. II.

Hactenus de Scriptionis Varietate ratione Situs, quatenus li-
neæ scribuntur, vel sinistrorum, vel dextrorum, vel deorsum &c.
Seqvitur nunc Varietas ratione Formationis. Formabantur lite-
ræ 1. per Incisionem seu sculpturam. 2. per picturam.

S E C T I O I.

Th. 1. Qvoad scriptionem qvæ Incisione vel Sculptura absolu-
tebatur, non exigua ei occurrit Varietas, qvi Veterum monumenta
summis tantum, qvod ajunt, labris attingit: Summa enim est diversi-
tas si consideres: 1. Instrumentum, qvo literas incidebant. Si con-
sideres 2. Materiam, in qua literæ sive Characteres incidebantur.

Th. 2. 1. Instrumentum erat vel 1. Naturale, ut manus sive di-
gitus, qvi interdum styli vicem sustinebat; Exemplo nobis esse po-
test ipse Salvator noster Joh. 8. 6. qvi digitis suis sententiam de adul-
tera ferendam terræ inscrispit. Huc referem, qvod de captivo
qvodam narratur, qvi cum ei penna & atramentum negaretur, un-
gibus suis in longo carceris pædore excrescentibus in cuspidem
aptatis, atramentoqve ex saliva aut urina & carbone temperato, e-
pistolam ad suos prescripsit, nisi ad picturam pertineret, cum nos
de sculptura loquamur. Conf. Zeiler. Epist. 523. p. 751. 2. Artifica-
le: qvod fuit *Stylus Græcis γλύφιον* vel *γλυφεῖον*, dictus Ausonio
Epigr. 56. Cælum

I. Instrumen-
tum 1. Natu-
rale

2. Artificiale
Stylus

Talem fecerunt ferrea cæla Deam.

Vocabatur etiam Cætes, ut videre est Job. 19. 24. cælte sculpantur
in silice; (nonnulli pro cælte legunt certè.) Et primò qvidem ute-
bantur *stylo ferreo*, cuius testimonium habemus Job. 19. 24. ut exa-
rentur in libro בָּעֵט *stylo ferreo*. α Et hoc maximè erat ne-
cessarium, qvia literas, saxis, lateribus, argento, æri, plumbo &c:
insculpsere, qvod stylis ligneis vel osseis vix fieri potuisset: Mansit
verò eorum usus etiam postea, ubi non amplius in saxis sed ta-
bellis ceratis literas scripsere. Habebat autem stylus, qvo in cera
utebantur cuspidem quadrilateram, (latiorem tamen quam densi-

B

orem



orem) ad literas efformandas: In summo erat planus ad aliquid delendum, hinc phrasis *Stylum vertere*, β qvæ idem significat, ac aliquid delere. Hisce stylis multos per annos utebantur: Postquam verò gladiorum & pugionum gestatio vetabatur, stylis ad vulnerandos alios abuti cceperunt; imò hanc ob causam nonnulli stylos acquisiverunt, ut iisdem alios vulnerarent: Ita Plutarchus in Gracchis testatur de Antyllo, qvod fuerit γραφείοις μεγάλοις κενήμενοῖς ἐπ' αὐτῷ πεποιηθέντοις λεγομένοις, magnis confossus graphiis, qvos eundem in finem comparasse sibi dicebantur. Ex qvo factum, ut styli ferrei usus planè interdiceretur, & è contra institueretur osse scribere: γ sed postea rediit ferrei usus, & cum usu pristinum periculum. Sic Cassianum scelerati discipuli graphiis suis confodere. δ Cæsar Cassii brachium arreptum graphio træcxit: ε Caligula cum discerpi Senatorem concupisset, subornavit, qvi ingredientem curiam repente hostem publicum appellantes, invaderent, graphiisqve confossum lacerandum cæteris traderent. ζ Populus Rom. Erixōnem eqvitem Rom. qvia filium flagellis occiderat, in foro graphiis confudit. η In usu etiam erant styli ex ære præparati, θ aurei item, qvamvis raro: ι scribitur saxeis qvoqve stylis in lamellis saxeis, (Schiferstein) cuspide adamantina in vitrum.

α Conf. Isidorum Hispal. Lib. Orig. 6. c. 8. Pignor. de servis p. 117. Heinr. Salmuth. in Panciroll. L. 2. Rer. Memor. Tit. 13. p. m. 612. ed. in 8vo. Laur. Beyerlink in Theat. V. H. Tom. VII. Tit. Scriptio p. 132. Gerard. Joh. Vossium de Arte Grammatica L. 1. c. 35. β Consule hac de re Laur. Pignorium Comment. de servis p. 117. ubi stylorum seu graphiorum figuram ex veterum monumentis exhibit, qvam etiam invenies in Teutschen Secretario in der Vorrede des sechsten Theils p. 552. Adde Heinr. Salmuth. I. c. p. 613. Buchneri Fabrum voce Graphium. Fridr. Hildebrandi Antiquit. Rom. Comp. voce Stylus Beyerlinck I. c. p. 132. B. γ Diogenes Laërt. I. 7. in Vita Cleanthis refert, qvod Ceanthes fuerit solitus ea qvæ à Zenone audierat testulis stylo osse inscribere, cum pecuniis careret qvibus chartas emere posset. δ Ex Prudentio tradit Salmuth. p. 614. ε Sveton. in Cæsare c. 82. Vide Joh. Schildii notas in h. l. ζ Sveton. in Caligula c. 28. & Schild. in h. l. η Seneca de Clementia I. 1. c. 14. Ι Teste Pignorio de serv. p. 117. 119. Beyerlinck. p. 132. ι Pignor. I. c. ex Marcello Medico.

II. Materia, in
qvæ scribeba-
tur,

Th. 3. II. Materia in qva scribebatur fuit multiplex & ferè in-

innumera. Literas incidebant (1) Marmori: testimonii loco esse. Est I. marmor.
potest illud Horatii L. 4. Od. 8.

— incisa notis marmora publicis.

(2) *Saxie & lateribus*, qvod patet ex duabus Sethi columnis, ex la-
pideis Mosis tabulis nec non ex Lucani L. 3.

2. Saxa, la-
teres

Nondum flumineas Memphis contexere Biblos

Noverat, & saxis tantum volucresque feræque

Sculptaque servabant magicas animalia lingvas. x.

(3) *Arborum foliis* (unde hodie adhuc membranarum & char-
tarum pagellas folia appellamus, quamvis Isidor. L. 6. Orig. c. 13.
hanc appellationis rationem habeat; quia ex follibus siebant, i. e.
ex pellibus quæ de occisis pecudibus detrahi solent.) de quibus te-
statur Virgilius Aen. L. 3.

3. Arborum
folia.

— Foliisque notas, & carmina mandat.

Quæcunque in foliis descriptis nomina Virgo.

Hunc scribendi modum Græcis quoque non infrequentem fuisse,
argumento est ea condemnatio ἐν φυλλοφόρησις dicta, quæ nomi-
na eorum qui Senatu movebantur, foliis inscripta sunt. λ. Idem de
Indis affirmat Heinricus Salmuth, qui etiam modum, quo ex foliis
libros conficiebant, ostendit. De Sinensibus Martinus Martinius
v his verbis: *Ante hæc tempora arborum cortices adhibebant ac
folia in quæ literas stylo ferreo sculpebant: & L. 1. p. 27. prodit Si-
nensem Historiam uti & librum Xuking dictum stylo ferreo foliis
incisum fuisse.* Joh. Blaeu & de Metallicis in Queicheu hæc verba
habet, *Die Bergleut in Queicheu brauchen keine Tinten / sondern
graben mit einem Griffel auff weiche Blätter was sie unvergessen
wollen seyn.* Et alibi o In der Stadt Jungchang schreiben die
Reichen auff Goldblätter/ andere brauchen Papier/ esliche brauchen
die Blätter Areca. Vossius de arte Gramm. l. 1. c. 36. p. 133. asse-
rit: olim usu venisse, ut etiam literæ pingerentur in arborum fo-
liis: Anton. de Guevara in guldīn, Sendschreib. c. 15. p. 348. idem
penicillis factum meminit. adde Sphing. Heid. c. 27. p. 1027. Plini-
us π commemorat, apud Aegyptios in Palmarum foliis primò Palmarum,
scriptitatum fuisse, cui sententiæ Gvidon Panciroli. & subscribit,
sed refutatur à Salmutho σ qui authoritate Gvilandini ductus pro
palmarum legit malvarum; sed Isidorus aperte affirmit tam in pal-
marum quam malvarum foliis scribi solitum, quam lectionem asse-
rit

rit quoque Scaliger. v Pro malvarum foliis adducimus versiculos
C. Helvii Cinnæ apud Isidorum:

Hæc tibi Aratæis multum invigilata lucernis

Carmina queis ignes novimus ætherios,

Lævis in aridulo malvæ descripta libello,

Prosiacâ vexi munera navicula.

Lauri
Olearum.

Florum.

Pomum.

De Lauri foliis testis est Antonius de Guevara & Heidfeldius χ in Sphinge. Oleæ folia scriptioni quoque inservisse clarum est ex Syracusanorum πεταλισμῷ, ubi nomen ejus oleæ folio inscriebant qui ob potentiam erat suspectus & propterea πεταλισμὸς vocabatur, quia nomina inscriebantur πετάλῳ ἐλάῖας folio oleæ ψ. Imò florum quoq; foliis inscribere veteres conservisse indicio est illud Ovidii L. 5. Factorum:

Prima Therapnæo feci de sangvine florem,

Et manet in folio scripta querela suo.

Conf. L. Beyerlinck. ω Liceat hic annotare singularem illum scribendi modum Acontii, qui ad nobilem quandam puellam Cydippen nomine, (cujus amorem ambiebat) duos versus pomo inscripsit, ut videre est in Ovidii Epistolis Heroid. Epistola 19.

Accipe Cydippe despecti nomen Aconti,

Illiū, in Pomo qui tibi verba dedit.

Et paulo post;

Verba licet repetas quæ demptus ab arbore (Pomum) fœtus
Pertulit ad castas me jaciente manus.

* Conf. Salmuth. in Panciroll. l. 2. p. 616. 617. Alex. ab Alexand. libr. 2. c. 30. p. m. 193. ex Plin. l. 7. c. 56. refert. Babylonios coetilibus laterculis mores, leges atque instituta sua inscripsisse. Invenimus etiam testimonia, quod atramento saxis inscriperint quam scripturam ipsum tempus consumere non potuit. Martin Zeiler. Epist. 515. p. 727. Handbuch P. 2. p. 384. λ ut hoc argumento utuntur Beyerlinck ex Junii l. 2. Animadvers. c. 5. & Gerard. Voss. de Arte Grammat l. 1. c. 36. ex Polluc. l. 8. c. 5. & aliis μ in Panciroll. l. 2. R. M. Tit. 13. p. 608. ex Hieronymo Osorio , In Sinicæ Historiæ l. 8. p. m. 291. ξ in Atlante Sinens. p. 155. Col. 2. i. o. p. 171. π L. 13. c. II. ε L. II. Rer. Memorab. Tit. 13. p. 603. Buchn. Fab. in Charta. Thomas Garzon in Piazza universalis discursu 28. p. m. 277. Joseph. Scaliger Exercitat. 158. n. 6. σ in not. p. 607, τ L. 6. Orig. c. II. p. m. 132. Conf. Erasmi Adagia p. 246. ed. nov. qui ex M. Varrone

memo-

memorat. Cumanam Sibyllam oracula in palmarum foliis scripsisse. φ Libell. contra Gvilandinum. ϕ in gûldenen Sendschreiben Part. 2da. c. 15. ex Strabone χ c. 27. p. 1027. ψ Vide Diodor. Siculum. L. XI. ed. vet. p. 286. nov. 265. Gerard. Voss. de arte. Gramm. L. I. c. 36. p. 134. ω l. c. p. 133. Col. secunda.

Th. 4. (4) *Plumbo*: hûc qvoqve quadrat illud Jobi 19. quis mihi det ut sermones mei exarentur in libro & stylo ferreo in plumbi lamina. α (5) *Aeri*, uti videre est ex I. Maccab. 8. 22. c. 14. 18. 26. ubi dicitur Romanos & Spartanos Judæis rescriptsse tabulis æreis, qvas Hierosolymam miserunt, de stabienda cum iis amicitia & societate. β (6) *Argento*; ubi Trithemius γ de Gallis prodit, qvod argentea habuerint monumenta publica. (7) Inscribebatur Tabulis ligneis seu schedis δ qvæ ante chartas & membranas inventæ sunt, & qvoqve ante tabulas ceratas: Primò enim nudis & nondum ceratis inscribebant, qvo autem ad scribendum essent aptiores, dolabantur & expoliebantur: Cujusmodi schedulis Hebraicè inscriptum Evangelium Matthæi inventum est: ζ Postmodum schedis superinduxerunt ceram, & qvidem coloratam, mox viridi, mox croceo, mox purpureo colore, & stylo literas in eadem efformarunt. Factum qvoqve est, ut (imprimis si arcana scribere animus erat) ceram eraderent, & secretum nudæ tabulæ inscriberent, iterumqve ceram obducerent, eamqve vel vacuam transmittenterent, vel (qvod consultius videtur,) res non arcanas in ea exararent; qva de re infra, ubi de occultæ scriptionis generibus dicendum erit, fusiùs agemus. θ Materia, cui cera inducebatur erant, ut dictum, schedæ lignæ è buxo, & qvæ frequentissimæ, erant: ex abiete, tilia: π fago λ acere μ citro ν aliisqve arboribus desumptæ. De citro Martial. I. 14. Epigr. 3. cui titulus: Pugillares citrei.

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas

Essemus Libyci nobile dentis onus.

Ebur qvoqve & membrana cerâ obducebantur, ξ immò Laur. Pignorius σ ex Marcello notat Crystallina & Onychina pugillaria, rarò licet, inventa fuisse. Qvoad formam tabellæ ceratæ erant quadratae vel trigonæ; à numero paginarum vocabantur, triples, quintuples, qvæ qvoniam è buxo, fago &c. erant viliores, duplices rariores, qvia pretiosiores, citræ nempe & eburnæ. π

Præterea hæ tabellæ, qvæ portitoribus suis Tabellariorum nomen dedére, & vocabantur codices seu codicilli, qvia ex arborum caudice seu codice. Pugillares seu pugillaria, qvia pungendo scribe-rentur: (Licet nostri pugillares gypso illiti non pungendo, sed pingendo scribantur, de qvibus Martial. l. 14. Epig. 7.) Vel qvia ma-nu pugnove teneantur, unde qvoq; σύχειρίδια manuales dictæ sunt. σ Ceræ; qvia cera obducerentur, τ hinc illæ loquendi formulæ: In summa, prima: vel imæ, ultima, extrema cera, i. e. in ultima vel prima tabulæ & libelli parte v in legitima, in infami & nefaria ce-ra: Φ item phrasis: Cera & ære nobilis, qvæ notat virum, cujus nomen & scriptis & statuis celebratum est. χ

¶ Alex. ab Alex. l. 2. c. 3. p. 192. Salmuth. ad Pancir. p. 611. Poly-dor. Vergil. de rerum inventar. l. 2. c. 8. p. 13. qvi ex Plin. l. 13. c. 11. distingvunt inter volumina publica & privata, illa plumbeis voluminibus, hæc linteis & ceris (alii legunt schedis) confecta fuisse G. I. Voss. l. 1. art. Gramm. c. 35. in Plinio reprehendit, qvod dicat volumina plumbea, pro laminis plumbeis, cum tamen non volvantur unde volumini nomen est: Et Sveton. qvi in Nero-ne c. 20. appellat Chartam plumbeam, defendit contra Guilan-din. qvi hoc in Sveton. damnat, existimans non Chartam sed pa-pyrum plumbeam dicendum esse, cui Guiland. sententiæ minus rectè adstipulatur disputat, de Papyro sub. Exc. Dn. Kirchm. ha-bitia p. 6. Garzon. Piazza Univers. disc. 28. p. 277. & testis qvo-qve est Cicero in Orat. 7. §. 112. fuit anæ tabula fixa Thermis in curia, in qvæ publicè erat de his (Sthenii) beneficiis scriptum & incisum. Item Orat. 43. Philip. 1. §. 16. B. qvæ ille in as incidit & §. 26. in as incidi jubebitis. Epist. l. 13. Cn. Memmum ep. 36. conf. Gothofred. not. marg. ad h. l. Sveton. in Cæs. c. 28. ac legemox in as incisa. vid. plur. in Salmuth. not. ad Pancir. p. 618. sq. ubi ridicula leges de Talo illo cretensi leges tabulis æreis insculptas circumferente. γ libr. 1. breviar. annal. Fran-cic. citante G. I. Voss. A. Gr. l. 1. c. 35. p. 132. δ Schedæ erant pagellæ ligneæ nudæ, cera non obductæ, qvarum scriptura non est deletilis: Cera autem vel tabella cerata non est tabella nuda, sed cera inducta, cujus scriptura superiori styli parte facile corrigi & deleri potuit. ε qvod Isidor. Orig. 1. 6. c. 7. fin. his verbis probat: Ante usum Charta & membranarum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloqvia scribatur. ζ uti ex Baron. Mar-tyrolog. Rom. refert Beyerlinck. p. 133. η qvod Pignor. de Servis ex Ovid. libr. 1. amor. eleg. 12. probat. conf. Alex. ab Ale-xandr. l. 2. c. 30. p. 193. Tabellarum ceratarum meminit qvo-qve

que Cicer. Orat. 4. in Q. Cæcil. §. 24. Plautus curculion. Act. 3.
vers. 40. Conf. Taubmann. not. ad h. l. Isidorus. l. 1. c. 8. & vid.
interim Gaspar. Schott. Schol. Steganogr. Class. 7. Erotem. 10.
p. 255. & Salmuth. in Panciroll. l. 2. p. 614. 615. & Taubm.
not. ad Plaut. Bacchid. Act. 4. sc. 4. vers. 111. p. 488. Symmach. l. 4.
Epist. 34. p. 164. à consule Joh. Gorop. Beca. Hieroglyph. l. 2. p. 30.
Taubm. loc. cit. μ Pignor. de servis p. 116. & Pignor. Taubm. loc.
cit. ε Herm. Hugo. c 10. p. 94. Beyerlinck. Theatr. vit. hum. tit. Scri-
ptiop. 134. & de servis p. 119. Taubm. loc. cit. π Martial. Epigr. l. 14.
ep. 6. & 4. Κvintuplici cera, cum datur aliis honor, conf. Thom.
Farnab. not. ad h. l. & Rader. Comment. in Martial. cit. à Beyer-
p. 134. Alex. ab Alex. Gen. Dier. l. 2. c. 30. & Isidor. Orig. l. 6. c. 7.
Pignor. p. 119. & Th. Farnab. in not. ad Martial. l. 14. epigr. 4. Buch-
ner: Faber. in Pugnus. & de his denominationibus vid Salmuth. in
Pancir. l. 2. p. 613. Gerh. I. Voss. de art. Gramm. l. 1. c. 38. & centum
harum formularum exempla adducere possemus, nisi breves esse
vellemus, evolve Alexandr. ab Alexandr. Genial. D. l. 1. c. 1. &
Andr. Tiraqvel. annot. in h. l. Taubmann. not. in Plaut. Curcu-
lion. act. 3. vers. 40. ubi lectorem ad Jos. Merceri Opin. l. 1. c. 12.
remittit. Cicero Orat. 6. in Verrem l. 1. §. 92. G. Sveton. in
Cæsar. c. 8. reliq̄os in ima cera. conf. Joh. Schild. not. in h. l. I-
dem Sveton. in Neron. c. 17. *Cantum est, ut in testamentis pri-
ma tue cera testatorum modo nomine inscripto, vacua signaturis o-
stenderentur.* vid Schild. not. in h. l. Martial. l. 4. Epig. 70. φ de
qua vid. Ciceron. Orat. 4. in Q. Cæcil. §. 24. & Erasm. Adag.
edit. nov. p. 535.

CAP. II. SECT. II.

Thesis I.

Cum hucusq; occupati fuerimus in describendo eo scriptio-
modo, qvi olim per incisionem factus est: pergitus ad eum,
qvi pingendo siebat: In quo scribendi genere non duo tantum
nobis consideranda veniunt; uti in præced. 1. sc: Instrumentum.
2. Materia in qua; sed accedit 3. Materia Quâ scriptum erat, & ex
parte adhuc scribitur.

Th. 2. Instrumentum erant 1. arundines sive calami, non I. Instrumen-
verò qvivis, sed illi præprimis qvi juxta Memphis, Nilum vel
Gnidum crescebant, & hinc vocantur Nilotici calami ab Apulejo.
β & Martial. l. 14. Epigr. 38.

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.
nec non ii, qvi in Asia circa Anaiticum lacum inveniebantur:
γ ab

2. Avium
pennæ.

3. Penicilli.

γ ab hisce calamis hodiè adhuc pennæ scriptoriæ calami vocantur.
Calamis successere 2. avium pennæ, qvibus & nos utimur. δ
Chinenses nec calamo nec penna, sed 3. penicillo s scribunt, pul-
chrè assabréq; concinnato ex pilis ζ leporinis η vel lupinis, qvos
Insulæ Koreæ incolæ conficere & Sinensibus vendere solent. θ.

¶ Hermann. Hugo de prima Scribendi Orig. c. 9. p. 87. Gerh. Joh.
Voss. de art. Grammat. l. 1. c. 36. p. 133. β init. libr. 1. de Asin.
cit. Beyerlink. Theatr. vit. hum. 7. Tit. 7. Scriptio p. 132. γ Juxta
illud Plin. l. 16. c. 36. Chartis serviunt calamis, Αgyptii maximè:
probatiores tamen Gnidii, & qvi in Asia circa Anaiticum lacum
nascebantur. δ Isidor. Hisp. Orig. l. 6. c. 13. somniat, duos pen-
narum apices, N. & V. Testamentum per mysterium signare. va-
ria de pennis, Deutsche Secretar. præfat. p. 8. seq. ε Athanas.
Kircher. in Chin. Illustr. Part. 5. c. 3. fin. ζ Martin. Martin. Hist.
Sin. l. 8. p. 291. η Nicol. Trigault. Expedit. Sin. l. 1. c. 4. p. 23.
& c. 5. p. 36. fin. & Joh. Niehoff. Allgem. Beschreib. des Reichs
Sina, c. 3. p. 264. & c. 18. p. 403. φ Niehoff. l. c. p. 403.

II. Materia
in Qva.
I. Arborum
libri.

Th. 3. Materiam in Qvā literæ pingebantur, suppeditarunt
tenuiores arborum philyræ, seu libri, i qvos corticem inter & li-
gnum reperimus, Germanis der Past. Cortex enim est exterior ar-
borum tunica, liber verò interior: hinc obtentum est consuetudi-
ne, ut cuicunq; materiæ inscriptum esset, libri tamen nomen reti-
neretur: Sic Ulpianus x librorum appellatione contineri ait vo-
lumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in qvavis alia
materiæ. Sed & si in philyra, aut in tilia, aut in qvo alio corio,
idem erit dicendum. Ex qvibus Ulpiani verbis 1. colligimus,
Philyram & tiliam, si rem accurate tractare volumus, non esse pro
iisdem habendas, qvamvis arbor Latinis Tilia dicta, à Græcis
Φίλυρα appellatur. Philyra enim tenuissimas, tilia verò ali-
qvantò crassiores arboris membranas denotat, qvod eleganter
docet Plinius λ ita de tilia differens: Mirum est inter corticem &
ignum tenues tunicas multiplici membrana: è qvibus vincula tilia
vocantur: tenuissimæ earum philyræ. μ 2. Et hoc notandum,
Ulpianum per libros in corio, non intelligere ex membrana sive
animalium pellibus factos, sed qvi è tunica arborum à tilia diver-
sarum siebant. Corium enim non tantum animalium pelles, sed
qvodvis integumentum, tam plantarum & rerum inanimatarum,
qvam animalium significat, uti ex Plinio ν facile probatum dare
possu-

possimus, qvī ficuum cuticulam, coriūm appellat. Arbores, qvarum libris inscriptitabant, fuēre: Platanus, fraxinus, acer, populus alba, fagus, ulmus, tilia &c. Hermannus Hugo afferit in vivarum qvoqve arborum corticibus raro qvamvis scriptum fuisse.

¶ Plin l. 13. c. 11. Panciroll. l. 2. rer. mem. tit. 13. p. 603. Salmuth. in notis p. 609. Hermann. Hugo. c. 10. p. 91. G. J. Voss. de art. Grammat. l. 1. c. 36. Garzon. Piazza Univers. disc. 28. p. 277. Laurent. Pignor. de servis. p. 121. Symmach. l. 4. Epist. 34. ¶ L. Libror. 52. in princip. ff. de legatis tertio cit. Salmuth. in Panciroll. & Vossio l. c. §. ult. & l. 16. c. 14. ¶ Salmuth. in Panciroll. p. 609. ¶ l. 15. c. 18. Confer. l. 13. c. 12. § Alexand. ab Alex. Genial. Dier. l. 2. c. 30. cum annotat. Andr. Tiraqvell. p. m. 192. Garzon. in Piazza Univers. disc. 28. p. 277. o de qua testatur Martian. Capella de nupt. Philol. l. 2. p. m. 35. Herodian. l. 1. c. 17. fin. Conf. Voss. loc. cit. ubi plura invenies testimonia. ¶ c. 10. p. 92. & c. 33. p. 205.

Th. 4. Non autem arborum tantum, sed fruticum qvoq̄ libri & phylaræ scriptio[n]i inserviebant, ut exemplo est Papyrus sive papyrum, q̄ junci genus est, & autore Plinio σ in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagata stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum; nec non in Syria, Bablyonia, India τ nascitur: brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus 10. non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiata (qvanq̄ Gerl. Joh. Voss. loc. jam cit. dicat: Papyrus erat planta Ægyptia 2. cubita non exedens; cum tamen omnes, qvos ego qvidem vidi authores, eam 10. cubitorum longam describant) thyrsi modo cacumen includens. Tales inter papyros puerulus Moses fiscellæ inclusus à Pharaonis Ægyptiorum Regis filia inveniebatur, Exod. 2. 5. o Papyrorum radicibus incolæ pro ligno utuntur, non ignis tantum gratia, sed ad alia qvoq̄ utensilia Vasorum, immò naves qvoq̄ ex iisdem conficere solebant, cuius rei testimonium est illud Homer. Odyss. φ vers. 391.

Κεῖται δὲ τὸν ἀθέσην ὅπλον νεὸς αὐτοφιελίσαντος.

Βύζαντον.

Jacebat autem sub porticu lignum navis circumagitabilis Byblinum. Cui adde Luc. l. 4.

C

Sic

en 23.2.2017
Digitized by Google

2. Papyrus
cujus solum
natale.

— Sic cum tenet omnia Nilus

Conseritur bibula Memphis cymbo papyra.

Ex ipso qvoqve papyri scapo navigia contexunt Φ & coriis integunt; χ è libris crassioribus, & cortici exteriori propioribus vela, tegetes, nec non & vestem, stragulam, ac funes faciunt. Ψ Ex subtilioribus verò philyris acu artificiose diductis chartam ad scribendum præparant, qvæ à materia ex qva etiam papyrus vocatur. Inde Chartis nostris, licet ex contritis linteis factæ sint, qvia tamen eundem scribendi usum præbent, papyri nomen mansit: Modus autem qvo chartam ex senuibus qvidem, sed latissimis philyris conficiebant, hic est. Caulis papyri, amputatis utrinque extremitatibus, utpote ad chartas conficiendas minus idoneis, dividebatur, secundum longitudinem duas in partes æquales, a qvibus postea singulares philyræ acu ω vel (si Salmuthio & plus qvam Plinio credere fas est,) ferro aliquo acutissimo subtillissimoqve 3. digitos lato separabantur, qvæ, qvo longius ab extremo Scapi cortice distabant, eò erant præstantiores, & qvo cortici propiores, eò deteriores: multas enim sicut cæpa, papyrus habuit tunicas: Unde varia erant chartarum genera, de qvibus mox. Philyris à papyri caule ita distractis, extenditur una philyra, ea longitudine qvam papyri scapus dedit, super tabula sive affere madido turbidâ Nili aqua, qvæ glutini vim præstat: atqve hæc prima philyra stamen Chartæ est. Huic deinde alterius papyraceæ tæniæ segmenta imponuntur transversa ad angulos rectos, & madida glutino suo prelo imponuntur, ut humor exprimatur, prælo exemptæ soli exponuntur, qvò magis siccentur. Siccatae in scapum digeruntur (qvem nos hodiè volumen papyraceum vel librum Chartæ ein Buch Papier appellamus,) qui verò ultra 20. philyras sive folia, Bogen Papier / non habebat. β Sed turbida Nili aqua, non perpetuò glutini vices sustinuit, pro ea enim postea vero glutino usi sunt, qvod è pollinis flore, vel pane fermentato, temperata fervente aqua minimo acetii aspersu fieri solebat, de qvo prolixius legi potest Plinius. γ Ii, qui conglutinandæ papyro operam impendebant, Glutinatores appellati sunt, qvorum mentionem facit Laurent. Pignorius δ & Cicero ad Atticum apud eundem dicit: Etiam velim mihi mittas de tuis librariis

lis duos aliquos; quibus Tyranno utatur Glutinatoribus ad cetera
administris.

¶ Nolumus hic disputare an melius hæc Papyrus an hoc papyrus
dicatur, communiter legitur hæc papyrus. in Plin. l. 13. c. II. qva-
ter invenimus hoc papyrus. Conf. G. I. Voss. de vocum Ana-
log. l. I. c. 32. p. 512. & c. 36. p. 560. Buchn. Fabr. in Papyrus.
Theophrastus legit hic papyrus Hist. plant. l. 9. c. 4. cit. Voss.
loc. alleg. p. 512. & l. 13. c. II. conf. Joh. Goropii Becan. Hie-
roglyph. l. 10. lit. Vav. p. 162. Cornel. à lapid. in Exod. 2.5. Sal-
muth. in Panciroll. l. 2. tit. 13. p. 622. Voss. de art. Grammat. l.
I. c. 37. Erasm. Schmid. annotat. in N. T. Matth. I. v. I. BÍBΛΘ
Thom. Garzon Piazza univers. disc. 28. p. 278. Vossius loc. cit. Plin.
l. 13. c. II. Garzon. loc. cit Buchner. Faber. in Papyrus & qvod
qvidem ex textu Hebraico probari non potest ut in quo τὸ
ἡπέρ extat, qvod non speciem sed genus juncum sc: vel jun-
cetum connotat: attamen nobis argumento est vulgata versio,
& Cornel. à lapid. Comment. in Exod. 2.5. φ Plin. l. 13. c. II.
ꝝ ut de Roman. navibus commemorat Rosin. Antiq. Rom. l. 10.
c. 20. de Britann. Solinus Polyhist. c. 25. p. m. 352. dicens Na-
vigant vimineis alveis (navibus) qvos circumdant ambitione ter-
gorum bubulorum, conf. Plin. l. 4. c. 26. & l. 7. c. 56. qui de his
navibus plura legere desiderat, consulere potest Demster. Para-
lip. in Rosin. Antiq. Rom. libr. 7. c. 32. ψ recenset Plinius l. 13.
c. II. α seeundum Plin. loc. s̄p̄ius alleg. fin. Voss. de art.
Grammat. I. I. c. 37. refutans Gvilandinum aliter sentientem. α in
notis ad Panciroll. l. 2. tit. 13. p. 623. ubi expressè dicit: Opus fu-
it ferro acutissimo, subtilissimoqve 3. digitos lato, qvo ramenta
sive philyrae à scapo divellebantur, acu eam ad rem nihil emolu-
menti præstante, sed inutili prorsus abjiciendaqve. cui subscribere
videtur Th. Garzon in suo Piazza univers. disc. 28. p. 278.
β Fusiū hæc tractant: Plin. l. 13. c. 12. Salmuth. in Panciroll. p.
622 seqq. Joh. Gorop. Becan. Hieroglyph. l. 10. lit. Vav. p. m.
162. Vossius l. I. c. 37. γ libr. 13. c. 12. fin. p. 56. Garzon. loc.
cit. δ Comment. de Servis p. 121.

Th. 5. Qvod Chartæ & appellationem attinet, variæ variorum Chartarum
de ejusdem origine sententiæ reperiuntur. G. J. Vossius & Jos. Scali-
ger ꝑ putant Chartam esse vocem Græcam derivatam à χαίρειν
salutare, qvod veteris literis inscribere soliti sunt, eiqve hoc no-
men tum datum esse, cum Epistolis salutatricibus inserviret. hinc
Martial. l. 9. Epigr. 101. Epistolam ita describit:

Charta salutatrix si modo vera refert.

C 2

Non-

Origō,

Varietas,

Nomulli cām derivant à χαρτσω sculpo , aut Hebræo
נֶרְתָּן . Alii existimant Chartam nomen suum à Chartâ Tyri ur-
be habere , prope qvā papyrus juncus ille primum fuit inventus,
hujus sententiæ Patronus est Guidon Pancirollus θ. Polydorus Ver-
gilius , & Thom. Garzon. ✕ Sunt qvoqve qvi arbitrantur,
hoc nomen à Carthagine deduci. λ Isidorus Hispalens. μ Char-
tam dictam esse putat, qvod carptim papyri tegmen decerptum
glutinetur : *De Inventionis tempore* multa itidem inter authores
lis est; M. Varro v in ea est sententia , Chartam post Alexan-
dri M. victoriam condita in Ægypto Alexandria inventam esse, sed
Plinius libr. 13. c. 13. contra Varronem Cassii Heminæ vetustissimi
annalium scriptoris autoritatem adducit, qvi tradit Cn. Terenti-
um scribam agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse ar-
cam, in qva Rex Numa positus fuerat, & in eādem libros ejus
repertos , qvi è Charta erant. Regnavit autem Numa Pompili-
us si Dionysio Petavio ξ credimus 358. ante Alexandrum natum.
Erasm. Schmidt o mediam fovet sententiam , dicens : hoc ar-
tificium (chartas è papyro conficiendi) Numæ qvidem ætate cœ-
pisse , Alexandri verò M. potissimum victoria exultum esse. Nos
hanc controversiam nostram non facimus. vid. plura apud Plini-
um π Polydor. Vergil. ε Thom. Garzon. σ Frasnum Schmidiu-
m. τ. Paucis etiam videamus varia Chartarum genera, qvæ a-
pud veteres in usu fuere, & nomina sua sortita sunt 1. Ab Autori-
bus. qualis est charta Augusta, ita dicta ab Augusto Cæsare, Herren
Papier. Livia vel Liviana v ab Augusti conjuge Livia, Jungfer
Papier. Claudia à Claudio Cæs. Canzley Papier/ Corneliana,
Fanniana , &c. 2. A loco, in quo Chartæ factæ sunt , ut Saitica, Tæ-
niotica , Memphitica, Amphitheatrica &c: 3. A forma, ut μακρό-
χολλα &c: ad qvod Chartarum genus referri possunt longissimæ
Sinensium Chartæ, de qvibus Hermannus Hugo Φ αὐτόπτη te-
statur, qvod subinde 4. ulnarum longitudinem habeant: & Russo-
rum chartæ 20. 30. immò 60. cubitorum mensuram excedentes,
qvibus acta publica inscribere consverunt. χ A materia, Charta
plumbæ &c. 5. Ab Officio, Charta salutatrix Martiali uti supra:
Emporetica , qvæ inutilis scribendo, involucris chartarum & mer-
cium usum præbet. Hieratica , qvæ res sacræ scribebantur, qvi-
bus

bus adjungi potest Charta dentata apud Ciceronem & ab officio reprehendendi dicta. ω .

ϵ Veteres dixerunt quodque in Masculino Chartus. teste G.J.Voss. de vocab. analog. l. i. c. 17. p. 455. ζ de arte Grammat. l. i. c. 37. p. 136. Scaliger sententiam citat Laurent. Beyerl. T. 2. Tit. Charta. Buchner. Faber. in Charta. θ libr. 2. rer. mem. tit. 13. p. 604. ι de rerum invent. l. 2. c. 8. π Piazza univers. disc. 28. p. 278. λ ut testis est Garzon. loc. cit. μ Orig. l. 6. c. 9. ν allegante Plinio l. 13. c. 11. & aliis. ξ in Rationar. Tempor. part. 1. l. 2. c. 7. collato, cum l. 3. c. 14. ϕ in annotat. ad N. Test. Matth. 1. v. 1. voc. $\beta\lambda\gamma$ π libr. 13. c. 13. ϵ de rer. invent. l. 2. c. 8. σ Piazz. univ. disc. 28. p. 278. τ loc. ante cit. ν Isidor. l. 6. Orig. c. 9. & Garzon. loc. cit. p. 279. malè legunt Libiana à provincia Libya dicta, judice Voss. de art. Gramm. l. i. c. 37. p. 138. ϕ de prima scrib. orig. c. 11. p. 100. χ Olearius in der Persianischen Reisebeschreibung p. 169. ψ libr. 2. Epist. 15. ad Q. Fratrem. ω Cæteras chartarum species, quoad Tenuitatem, densitatē, can-dorem, levitatem &c. siccō nunc transfilimus pede, fusissimè chartarum genera tractata invenies in Plin. l. 13. c. 12. Polydor. Vergil. de rer. invent. l. 2. c. 8. p. 135. Isidor. Orig. l. 6. c. 9. p. 131. Hermann. Hugon. c. 11. p. 100. Voss. de art. Gramm. l. i. c. 37. Garzon. Piazza univers. disc. 28. p. 279. Erasm. Schmid in annot. ad N. T. Matth. 1. v. 1. Buchner. Fabro. in Charta.

Th. 6. Post papyraceam Veterum chartā, nostra, illâ longè præstantior α inventa est, quæ è contritis paratur linteis, cuius autor haud palam est. β Sunt qui existimant, Romanos suo jam tempore ex linteolis contritis confecisse chartas, sed refutantur ab Autore illius libelli cui titulus; Ad antiquitates Hetrusc: quas Volaterræ nuper dederunt, Observationes: cap. 13. confer Joh. Gorop. Began. Hieroglyph. l. 10. lit. Vav. p. 163. Plura de nostra Charta non dicimus, ut quæ nobis notissima est. De Indis refert libellus cit. p. 33. quod pulcherrimam Chartam, eamque varii coloris ex gossypio faciliter facient; Diducunt gossypium addito glutine. Sinenses quoque chartam ex gossypio γ nec non ex serico δ parant, quæ verò præli aut scriptio ex utraqve parte, patiens non est. Sub Venio 4. Sinensem Imperatore, qui ante Christum ann. 179. imperavit, inventa est non vulgaris papyri conficienda ratio, cui arundines maceratae materiam sufficiunt, & qui modus urbis Ningque civibus itidem non infrequentest. ζ

ϵ vid. Joh. Gorop. Began. Hieroglyph. l. 10. lit. Vav. p. 163. β Polydor.

lydor. Vergil. de rer. invent. l. 2. c. 8. p. 134. Mart. Zeiler. Epist. 236. fin. p. 694. η de qva Nicol. Trigault. Expedit. Sinens. l. 1. c. 3. p. 16. Joh. Gorop. Becan. Hierogl. l. 2. p. 31. δ Persas quoqve in serico scripsisse patet ex Symmach. l. 4. epist. 34. ϵ Martin. Martin. histor. Chin. l. 8. p. 291. ζ Joh. Blaeu in Atlant. Sinens. pag. 109.

3. linteis libri.

Th. 7. Sed ut eò regrediamur, unde digressi sumus: Antiquissimi quoqve moris fuit privata monumenta linteis describi libris, qui verò non ut nostrates ex contusis linteis constabant, sed erant telæ & linta texta, non absimilia iis, in quibus hodiè adhuc pictores varias imagines depingere solent, η Martian. Capella θ vocat carbasina volumina. Alexand. ab Alex. Laurent. Beyerlinck & Vossius loc. cit. narrant: Brachmanes fullatis coloribus in sindone scripsisse. Non male his adjungemus morem Parthorum, qui literas malunt vestibus intexere, quam ex papiro Chartam confidere. κ Affine exemplum habemus in Ovid. 6. Metamorph. vers. 577.

Purpureasque notas filis intexuit albis.

η Plin. l. 13. c. 11. Symmach. l. 4. Epist. 34. Voss. de art. Grammat. l. 1. c. 38. Garzon. Piazza univers. p. 277. Salmuth. in Panciroll. l. 2. rer. mem. tit. 13. p. 611. Beyerlinck. Theatr. vit. hum. Tom. 7. p. 134. δ l. 2. de nupt. Philol. pag. 35. Genial. Dier. l. 2. c. 30. p. 193. 194. κ Plin. l. 13. c. 11. confer si placet, Garzon. & Salmuth. loc. cit. Erasm. Schnid. annotat. in N. T. Matth. I. v. 1.

4. Membrana
seu animali-
um pelles.

Th. 8. A inateria, quam plantæ suppeditarunt, progredior ad eam, quam ab animalibus habemus: & primū locum tribuimus eorū pelibus & coriis, quæ via membra tegunt, Membrane nuncupantur. Harum jam Ptolomæi Philadelphi ætate usus fuit. Nam apud Josephum legimus Eleazarum Pontificem ad Ptolomæum Ægypti Regem tunc primū regnare incipientem 72. Interpretes præter alia munera etiam cum membranis misisse, quæ legem aureis literis inscriptam continebant. Cadit igitur Varronis sententia μ , qui existimat, Membranas tum demum inventas esse, ubi Ptolomæus & Eumenes Rex Pergami circa bibliothecas emulabantur. Ne enim Ptolomæus ab Eumene superaretur, prohibuit papyrus ex territorio suo exportare, ut hoc modo Eumeni facultas libros comparandi præscinderetur. Verùm Eumenes id intelligens, invenit animalia exco-

excoriare, & ex corii membranam præparare; Hoc verò lubentes concedemus membranam ab urbe Pergamo, Pergamenam vocatam fuisse. Cæterum membranæ, qvæ varicolores erant, v ab ovibus, hœdis vitulis, asinis &c. desumebantur: immò humanæ cuti inscriptum fuisse, Hermannus Hugo author est c. 10. p. 98. nominatim Epimenidis demortui cutis tota inventa est literis conscripta. *In-* 4. *Intestina.*
testinorum qvoqve inscriptione usus fuit: De Elephantorum omentis testatur Isidorus & Henricus Salmuth. o ex variis autoribus refert, Constantinopoli exorto incendio Basilicam cum Bibliotheca conflagrassæ, in qua 120000. librorum fuerint deposita: inter qvos fuit Draconis intestinum longitudine pedum 120, habens inscripta, literis aureis Homeri poëmata, Iliadem & Odysseam, cum historia rerum ab Heroibus gestarum. *Elephantorum dentibus* etiam fuisse inscriptum testimonium petimus ex Martial. 14. Ep. 5. 5. *Dentes.*

Languida ne tristes obscurent lumina ceræ,

Nigra tibi niveum litera pingat ebur.

Vossius ex ejusdem libri epigr. 3.

Secta nisi in tenues effemus ligna tabellas

Effemus Libyci nobile dentis onus.

Idem probare cupit, sed meo quidem judicio frustra, cum Martialis de tabellis citreis non eburneis loqvatur. Nec illorum sententia approbanda est, qvi libros Elephantinos ab amplitudine dictos autuant. π

¶ Antiquit. Judaic. libr. 12. c. 2. p. m. 318. cui subscrabit. Polydor. Vergil. de rer. invent. l. 2. c. 8. Hermann. Hugo de prima scrib. orig. c. 10. p. 96. Panciroli. l. 2. rer. mem. tit. 13. pag. 605. 606. & Salmuth. in h. l. p. 627. seqq. Martin. Zeiler. in Epist. 509. pag. 709. Idem in Handbuch Part. 2. p. 383. Gerh. Joh. Voss de art. Grammat. l. 1. c. 38. p. 141. Erasm. Schmidt in annot. ad N. T. Matth. l. v. 1. Th. Garzon, Piazza Univers. disc. 28. p. 278. Saubert. in histor. Bibliothec. Noriberg. Orat. post. p. 72. μ Cujus etiam Fautores sunt, Plin. l. 13. c. 11. p. 53. Isidor. Hispal. Orig. l. 6. c. 10. Alexand. ab Alex. Genial. Dier. l. 2. c. 30. pag. 193. & Andr. Tiraqvell. not. in h. l. Deutsch Secretar. Præfat. p. 7. Buchner. Fab. voc. Membrum. ν Isidor. l. 6. c. 10. Hermann. Hugo. c. 10. p. 96. ζ Orig. l. 6. c. 11. o in Panciroli. l. 2. tit. p. 621. confer. Voss. de art. Gr. l. 1. c. 38. Beyerlink, in Theatro T. 7. p. 134. π Salmuth. l. c. p. 615. 616.

Th. 9. Materiam in Qva seqvitur Materia Qvâ in Chartis,
linte-

III. Materia
Qva 1. Li-
qvida.

2. Sicca.

linteis & membranis scriptum est. Ubi occurrit 1. Materia liquida ut atramentum, qvod erat olim niger succus, quem loligo vel sepia in metu effundebat. Anton. de Guevara ε piscis Xiphii mentionem facit: postea ex fornacum fuligine, aliisque factum, σ De Danorum atramento, qvod è pice liquida, & Phocarum sangvine fieri solet, vid. Martin. Zeiler. τ Le Jurnal des scavans Tom. 2. Journ. 35. ex tract. cui tit. Traitté des Inscriptions en faux & reconnoissances d' Escriptures & signatures, à Paris chez Jean Joly au Palais, refert: præparari posse atramentum, qvod aqua clara lavatum, squammatim decidat: addit quoque arcanum quo scripturæ aut tractu temporis aut contrectatione mantuum ita deletæ, ut legi nequeant, excitari iterum possint; Gallas enim conterendas saltem dicit, easque unius diei spacio phialæ vino albo plenæ bene clausæ, locoque calido impositæ injiciendas; postea vero tota re in cibano per alembicum destillata chartam aqua exinde extracta fricandam esse. Sicut a. libri atro, sic eorum tituli & capita rubro colore scripti sunt, cannabarisc. Sirico ν minio φ unde Servi minaculatores. χ Encausto ψ ex muricis & conchylii cruce composito soli Imperatores utebantur, qvia pretiosissimum erat; ω Huic non dissimilis est illa Draconis scriptio, qui leges suas sangvine scripsit; qvod & de iis dicitur, qui cum Diabolo fecerunt ineunt. α Supereft, ut paucis loquamus 2. de Materia, quæ calami & liquoris vicem, simul praefat, ut sunt rubrica, creta, carbo, cerussa &c. β item atramentum Sinense, quo illi, ut nos creta vel rubrica uti, vel in lapide marmoreo aqua mollire, & penicillo excipere possunt, ut à pictoribus fit, si colores atterunt: Et hic atramentum conficiendi modus, non inter mechanicas, sed liberales artes numeratur. γ

ε In guld. Sendschreib. c. 13. p. 348. σ vid. Plin. libr. 35. c. 6. p. 329. seq. Isidor. Orig. l. 19. c. 27. Herm. Hugo. c. 12. p. 102. Anton. de Guevara loc. cit. Voss. de art. Grammat. l. 1. c. 39. p. 142. Buchner. Fabr. in Loligo. Sepia. τ in Epist. 515. pag. 727. & Handbuch. part. 2. p. 384. ν de quibus Isidor. Orig. l. 19. cap. 17. p. 465. φ de minio Plin. l. 33. c. 7. χ Laurent. Pignor. de Servis. pag. 122. Plin. libr. 35. cap. 11. ω Hermann. Hugo c. 12. pag. 102. seq. Voss. loc. cit. pag. 143. α Hermann. Hugo loc. cit. pag. 103. de his vid. Plin. libr. 35. cap. 6. Isidor. Orig.

Orig. l. 19. cap. 17. γ Martin. Martin. Histor. Sin. l. 8. p. 291. Nicol.
Trigault. Exped. Chin. l. 1. c. 4. p. 23. Athanaf. Kirch. Chin. illustr.
Part. 6. c. 3. p. 232. Joh. Niehoff. in allgemein. Beschreib. des Reichs
Sina. c. 3. p. 264.

Th. 10. Delineavimus haec tenus duos scribendi modos, quibus
scriptitatum est vel pungendo seu incidendo, vel pingendo: Inve- Varii scri-
niuntur vero adhuc alii modi, qualis est, si scribitur 1. fundendo: bendi modi.
si enim utensilia aurea, argentea, ænea, stannea &c: funduntur, non
raro iisdem literæ inscribuntur. 2. Cudendo, sicut monetis literæ
exprimuntur. 3. Imprimendo, quomodo Typographiæ opera
scribimus, quod artificium Argentinæ an. 1440. inventum est. ⁷ A Typographia
quo Sinensium Typographia, nostrâ antiquior, non parum discre- Europæorum.
pat, illenim stylis ferreis tabulam exsculpunt, ut sola characterum li- ^{Sinensium.}
neamenta emineant: postmodum incredibili celeritate folia im-
primunt, uti non minus in insculpendis tabulis expediti dicun-
tur. Temporis angustia cum silentium imperet, telam hac vice sus-
pendimus, eam suo tempore Dei gratia pertexturi.

⁸ Qvod patet ex Martin. Zeiler. Epist. 121. p. 355. Straßburger Be-
richt von Erfindung der Buchdruck. Polyd. Verg. de rer. invent.
l. 2. c. 7. p. 132. Panciroll. nov. repert. tit. 12. Kinderman im Buch
der Medlichen pag. 842, centumq; aliis ⁹ De Sinensium Typogra-
phia vid. elegantissima in Trigault. Exped. Sinens. l. 1. c. 4. p. 19.
Athan. Kircher. Chin. illustr. part. 5. p. 22. Joh. Niehoff. Allgem.
Beschreib. des Reichs Sina. cap. 3. p. 261. Zeiler. Epist. 121. pag.
355. Panciroll. l. 2. rer. memor, tit. 12. p. 595. Dn. Spitzel. de re
liter. Chinens. sect. 3. p. 34. Kinderm. loc. cit. p. 841. Mandesloe
compl. Itiner. pag. 36.

COROLLARIA.

Lemmata Epigrammatibus Martialis præfixa;
non sunt ipsius Martialis: verum cuiusdam
Librarii, exceptis Xeniis & Apopbo-
retis.

D

Di-

Dies Veneris plerumque infortunatus fuit Gallis,
fortunatus autem Hispanis.

Voluntas non fertur nisi in bonum.

Æqvivoca ad nullam disciplinam pertinent.

Diabolus sagarum animas non potest extra corpo-
ra abripere, & ad nocturna comitia trans-
ferre.

Xenophanes credidit, intra concavum Luna esse a-
liam terram, & ibi homines simili modo vi-
vere, sicut nos hac in terra vivimus.

~~~~~

**U**T facerent Nomen, statuarum marmora  
stabant

Multis per doctas effigiata manus.

Quid facies Saltzmannē TIBI? ne respice  
marmor!

Respiciens statua est fœmina facta Salis.

Quas das, da plures doctis hac indole chartas,

Sic TIBI stant statua marmoris atq; Salis!

Suo Dn. M. Saltzmanno  
*fac.*

Joh. Adam. Schertzer,  
SS. Th. D. & Electoral.

Alumnor. Ephorus.

Ad

Ad Charissimum mihi  
Dn. M. Saltzmannum,  
Argentoratensem.

**P**Aucula vis scribam thesibus jungenda: Sed illæ  
Scribendi variè jam genus omne tenent.  
Qvod supereft , scribam : Philuréis hospes A-  
thenis,

Dilectus Sophiæ; Wildius alter eris.  
Argyropenqve Tuam, Patriæ Spes certa, reversus  
Bœbelius fies, Eusebiæ alter Amor.  
Aut æqves meritis Venerandum , Nate , Pa-  
rentem.  
Scribere qvod possim qvid superesse potest?

M. Valentinus Alberti ,  
Metaph. & Log. Prof. Publ.

---

Ad Clarissimum  
DN. PRÆSIDENTEM.

**Π**ΟΛΛΑΚΙΣ ἐκ παλαιῶν Σοῦστυτύπων, A-  
ΛΑΝΔΡΕ,  
Ἄκειβῶς καθέδρη ἱκονὸν ἐν πατρῷ.


Eīχε

Εἶχε μὲν ἀνδρῶς σόματός τοι εἴματα πάντα·  
"Ἄλμη ἀγχίσος Σοὶ γὰρ ἔνεστι καλῶς.  
"Ανδρα Σε νῦν δ' οἰωνίσαιτ' ἀντιστούομάζων·  
Νῦν μάρτυς δ' ἀν αἷλος Λιψία ἀγχίνος.

Φιλίας ἔνεκα f.

Joh. Barthius, SS. Theol. Stud.  
Argentinensis.

F I N I S.



Leipzig, Drss; 1666-67

f




Sb.

Einband beschädigt

V317





**Farbkarte #13**

|             | B.I.G. |    |
|-------------|--------|----|
| Centimetres | 8      | 7  |
| Inches      | 1      | 2  |
| Blue        | 1      | 2  |
| Cyan        | 3      | 4  |
| Green       | 5      | 6  |
| Yellow      | 7      | 8  |
| Red         | 9      | 10 |
| Magenta     | 11     | 12 |
| White       | 13     | 14 |
| 3/Color     | 15     | 16 |
| Black       | 17     | 18 |
|             | 19     |    |

Feliciter!  
1667,9  
33.  
**P. 683.**  
**SCRIPTONIS**  
**ANTIQVÆ**  
**VARIETATEM,**  
Incluto Philosophorum Lipsiensium  
Senatu suffragante  
DISPUTATIONE PRIORI  
proponit  
P R A E S E S  
**M. BALT. FRID. Salzmann/ Argent.**  
RESPONDENTE  
JOH. FRIDERICO Mayern / Lipsiens.  
Add. 16. Novembr. Anno d<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXVII.  
Horis ante- & pomeridianis.  
LIPSIAE,  
Literis JOHANN-ERICI HAHNII.

